

tatur, & Menochius de arbit. judi. lib. 2. centuria. 3. casu. 218. tandem distinguit inter hæc optime Clarus ubi supra, ultra quem ego dico, quod si secundum conditionis statum mulier hæc in publicum sine dedecore exire non potest sine iis, etiamsi pretiosa sint, lucratur ea, secundum dispositionem nostri text. etiamsi quotidiana non sint, si vero mulier hæc sine dedecore, sine iis exire potest diebus etiam festivis, si pretiosa sint non lucratur ea, secundum Montalvum, l. 6. tit. 7. lib. for. glos. 2. colum. 2. ad finem, nam priori casu in effectu dici pretiosa non possunt, secundo vero sic qualitatibus mulierum attentis, & hoc est quod dicunt Doctores in arbitrio judicum consistere quæ dicantur pretiosa vel non, secundum Alex. l. si usufructus, §. dos, ff. ad leg. ful. & Imolam & relatos per Menoc. ubi supra, & Montal. ubi supra, & Matienço hic glos. 5. num. fin. Sed an & vestes lugubres lucrabitur uxor & ei danda sunt, tradit Palac. Rube. quod sic in rub. §. 11. num. 8. & Avend. c. 10. preter. num. 13. lib. 2. & Afflict. decisione 315, & Covar. in 4. part. 2. c. 3. §. 9. num. fin. ubi hoc etiam ad pretiosas vestes lugubres extendit, ego tamen teneo quod sunt prestanda attendente qualitate personarum & bonorum mariti, & consuetudine regionis cum Angelo in §. fuerat, num. 41. instr. de ult. & eodem Angelo & Imola in l. si is quis quadringenta. §. fin. ff. ad l. Falcid. non enim dantur vestes hæc lugubres ut ornatiores viduæ appareant, sed ut viduitatem & mortem mariti representent, est tamen verum quod si vidua hæc secundas nubat nuptias, tenetur has vestes lugubres restituere, secundum Covar. ubi supra & Avend. d. num. 13. & in tit. 6. l. 13. infra eod. repeto.

Ibi, Sino la ovire besado. Quid tamen si amplexatus est eam licet non f. oculus, & Castil. l. bis inquit num. 22. super iis verbis, & bene, non esse tunc locum dispositioni nostræ l.

Ibi, Despues de consumido. Quod quando dicitur supra, hac lege, in glos. Antes de consumi-

do, diximus, neque per traductionem ad domum censetur consummatum f. ut dispositioni nostræ legis locus sit, nisi velati sint, ut in glos. 1. istius legis retulimus, & in glos. Anted.

Ibi, Todo. dum tamen non excedat octavam partem dotis receptæ secundum text. in l. 1. in fin. supra hoc tit. secundum quem lex nostra declaratur, ut ibidem dixi, non vero corrigitur neque abrogatur lex illa per nostram, ut inadverte dicit Castillo hic, n. 21.

Ibi, Seyendo desposados. Hic videtur text. esse contra id quod dixi supra hac lege, scilicet, quod si tempore velationis aliquid datur sponsa, non lucrabitur illud sponsa illa, nam videtur hic esse text. contra hoc, & sic quod lucratur, eo quod tunc temporis desponsati sunt, nisi dicamus ut ibi diximus, quod cum tunc velandi sint statimque matrimonium consummandum, habentur pro velatis, vel melius eo quod donata tunc dantur, ut ornatio appareat, non vero, ut sua sint, & sic non lucratur ea, quia lex nostra animum donandi considerat, non vero tempus, & ubi de contrario animo apparet lex nostra non procedit.

Ibi, Pero si arrar. Verba hæc limitatoria sunt præcedentium scilicet, ut tunc demum jocalia lucratur si arthe in matrimonio non intervenierint, vel, si intervenierint, mulier ipsa vel ejus hæredes arthas non petierint intra viginti dies, vel respuerint eas adeo ut lapsis illis 20. diebus purgatio more f. non admitteatur, secundum Pelas de majoratibus 1. part. questione 48. n. 7. in principio.

Ibi, Despues de requeridos. Hoc est enim regulare ut tempus non currat nisi requisitis & in mora à parte constitutis, argumento dictionum per me in l. fin. tit. De las sentencias, supra, lib. precedente, maxime si ex eorum mora & negligentia alteri est jus querendum ut hic.

Ibi, Que los dichos herederos. Sponsi donantis jocalia hæc intellige, vel ipse sponsus si vivit, & hæc pro hac lege & toto titulo.

## TITULUS TERTIUS

De las mugeres casadas, y solteras, y quando pueden estar en juyzio, y obligarse con licentia de sus maridos, o sin ella.

**Q**UIA Titulo supra proximo dictum est de dotibus, arrhis, & jocalibus sponis tradendis, à maritis & sponis suis, nunc & consequenter titulus hic sequitur disponens qualiter mulieres ipsæ possint contractus facere de licentia maritorum, vel sine ea, vel adesse in judicio.

IN LEGEM PRIMAM.  
Tauri 54.

Mulier conjugata sine licentia mariti hereditatem sibi obvencientem ex testamento, vel ab intestato

repudiare non potest, adire vero poterit cum beneficio inventarii tantum, & sicut lex nostra habet duas partes, primam in principio legis, secundam ibi, Pero, ita habet duo dicta, primum de repudiatione, secundum de additione.

SUMMA

## De las Mugeres Casadas, Ley. I. Tauri 54. 53

### SUMMARIUM.

- 1 Verbum, potest, precedente negatione importat necessitatem. & actus in contrarium factus nullus est momenti, & potest ex officio iudicis repelli, num. 2. & 3. imo & impossibilis redditur actus, ut num. 4. nisi, ut ibid. Rationem dubitanti & decidendi ad l. nostram, sub num. 4.
- 2 Jus querendum renuntiari potest. & sic mulier constante matrimonio potest lucris renuntiare, 6.
- 3 Uxor si moriatur antequam licentia mariti utatur ad aliquem alium, an transit in heredem ejus. & num. 8. quid erit si suo nomine dignitatis, ut uxori mea comiti concedatur.
- 4 Mulier si sine licentia viri repudiaverit, an restituitur contra repudiationem.
- 5 Repudiatio hereditatis an per lapsum 30. annorum censetur inducitur.
- 6 Personas alias, quæ sine aliorum licentia repudiare non possunt, remsissive.
- 7 Mulier an possit adire hereditatem sine consensu consanguineorum, stante statuto, quod sine eorum consensu contrahere non possit.
- 8 Mulier an sine licentia mariti possit contractus utiles facere. & n. 14. declaratur.
- 9 Mulier an sine licentia secundi viri possit acceptare lucra prioris matrimonii.
- 10 Hereditas quot modis adeatur, & an possit mulier sine licentia mariti petere se mariti in possessionem bonorum. & 17.
- 11 Mulier si adirit cum beneficio inventarii sine licentia mariti, non tamen fecit inventarium intra terminum juris, an prejudicabit marito, ubi num. 19. reprobat Matienço.
- 12 Mulier vidua, & quilibet alia soluta à potestate mariti, si adit hereditatem sine beneficio inventarii tenetur.

Ibi, No pueda. Necessitatem important verba hæc, verbum enim, potest, precedente negatione appositum hanc habet f. naturam, ut necessitatem inducat; secundum glos. & Doctores, ibi, in regula beneficium de reg. jur. in 6. quam & allegat ad hoc Hippol. in pract. §. sequitur num. 15. & Corlesus sing. 219. verbo, potest, Tiraquel. in leg. connubialibus glos. 2. num. 8. cum pluribus sequenti. & latus glos. 4. num. 1. ubi num. 2. hoc ad similem legem nostræ applicat, ita ut nullus sit secundum eam, ipso jure contractus in contrarium celebratus, & de vera interpretatione hujus verbi, tradit Covar. in c. quamvis pactum 2. part. §. 4. num. 4. & 10. communiter approbatam dicit glos. illam Parisius consil. 58. num. 35. vol. 4. & Covar. in c. tua nobis, num. 2. in fin. de testam. ubi ex d. glos. dicit etiam actum in contrarium factum f. nullius esse momenti, & Minchæa relatus per concivem nostrum Gutier. in tract. de juram. confir. 1. part. c. 1. n. 35. & 36. inquit quod iudex ex officio, potest repellere nulliter agentem f. & num. 38. hoc fortificat, præsertim in materia legis nostræ ubi præjudicatur tertio, & sic marito de quibus per Bar. Jas. num. 17. & Doctores alios in l. Gallius. in principio, ff. de lib. & posth. & Rebus. in concordat. Reg. fran. tit. de Regia ad prelat. nom. Azevedo in Recopilationem Tom. III.

faci. in glos. non possunt, pag. 88. in mediocri impressione, ubi inquit etiam quod reddi actum impossibilem dictio, potest, precedente negatione, neque legi sic loquenti renuntiare potest: quam tamen illius glosæ conclusionem intelligo, nisi absonus intellectus resularet, quia tunc non importaret nullitatem secundum Abb. in c. quanto, num. 1. de præsumpt. item & secundo intelligitur dicta glosæ conclusio, quoties simpliciter apponitur dicta dictio, potest, cum negatione, ut hic, secus vero si lex præmittens negativam verbo, potest, ultra providendo procedat, quoniam ex hoc quod ultra procedit providendo, declarat lex, quod non vult actum omnino esse impossibilem, secundum Jas. in l. stipulatio ista. §. alteri, num. 17. fol. 65. ff. de verb. oblig. & de verbo, potest, vide Bar. in l. 1. num. 4. C. de dilat. & in l. fin. num. 7. ff. de fideiuss. habetque illa lex rationem dubitandi ex l. 47. & 48. Tauri quæ quidem apponuntur sub tit. 1. hujus tit. dum ibi disponitur filium vel filiam nuptos & velatos patris exire potestatem, ita quod tunc nulla patris licentia requirebatur: nec consensus ad eundem, vel repudiationem hereditatem ipsius filii delatam, cessabat que tunc dispositio & materia l. cum non solum C. de bonis que lib. cumque mulier hæc nupta & velata patris exeat potestatem, videbatur dicendum libere posse repudiare, vel adire hereditatem ei delatam, cum à patris exierit potestate, verum cum in alterius, scilicet, mariti per matrimonium transeat, & ei subdita sit, juxta illud Genesis c. 3. post comestione fructus ligni vetiti, mulier dixit Deus, (multiplicabo arummas tuas & conceptus tuos in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui) & text. est quod hæc verba declarari possunt in c. manifestum in c. est ordo, & in c. cum caput. 33. quest. 5. ubi inquit text. (cum caput mulieris sit vir, caput autem viri Christus, quæcunque uxor non subijcitur viro, hoc est capiti suo, ejusdem criminis rea est, cuius & vir si non subijcitur capiti suo hoc est Christo) & subjungitur) & sic ea mulier, quæ Christiana est & ex lege Dei subiecta viro, imperare desiderat, verbum Domini blasphematur, cum etiam gentiles femine viris suis serviant communi lege nature, (si ergo in viri potestatem uxor transit, ut per Tiraquel, luce de iis agentem in l. 1. connubiali, num. 1. cum sequatur, pluribus. & Rebus. in l. mulieris, vers. mulierem constituta subiectam ff. de verb. sig. pag. 112. nimirum quod adire, vel repudiare non possit hereditatem sine licentia mariti, verum quia hæc autoritas Genesis ex dictis capitulis declaratur in aliud propositum uxorem transire in viri potestatem, quam in nostrum, ut apparet ex Joan. Montolonio in suo promptuario juris, in verbo dolor 2. in glos. sub viri, ubi ipse ita tenet, & inquit ex l. velles, in fin. C. de revocand. donat. non revocari donationem factam ab uxore prætextu absentie mariti & filiorum: melior ratio decidendi est ad text. nostrum, scilicet quod quia talis repudiatio vel aditio redundat in prejudicium mariti si absque ejus licentia fiat, eo quod ipse tenetur uxorem alimentare, & bonorum ejus reddere rationem & administrator est eorum, ideo lex nostra disposuit ut absque ejus licentia

G ij

mulier

mulier hæc facere non poterit, & si de facto fecisset, marito non præjudicaret, & hæc est vera ratio decidendi ad nostrum text. & sequentem, ut omnes Doctores in presentibus fatentur, & novissime tenet Matienço *hic glos.* 1. sed nonne sufficiebat lex sequens etiam si lex nostra non fieret, & dicendum est quod non, nam non obstante lege sequente poterat mulier nupta repudiare donationem ei factam, hæreditatem vel legata ei obvenientia, & relicta non servata solemnitate statuti dicentis, quod in alienationibus mulierum consensus mariti requiratur, secundum Palac. Rub. in rub. de donatio. inter. §. 47. num. 12. *vers. ex predictis. fol. 27. ex cons. 1. Paul. Cast. secundum unam impressionem, & secund. a. lian. 171. lib. 2. eo quod jus adeundi non est in bonis nostris, jusque querendum ꝑ renuntiationem optime poterit, neque ex hoc fraus ulla creditoribus facta dicitur, secundum text. in l. qui autem ff. de iis qua in fraud. cred. qui in repudiatione hæreditatis loquitur, & in terminis tangebat Jaf. in l. legatum. num. fin. de leg. 1. ex quo optime infert Pala. Rub. in rub. num. 13. ubi sup. in contingencia facti vidisse determinatum in Regia Cancelleria, quod dum constante matrimonio vir emeret quandam domum mulier ipsa promissit, ꝑ non petere medietatem domus illius, qua quidem domo empta, petiit post mulier ipsa medietatem illius, & quod promissio ejus, ut pote facta constante matrimonio non valerit, inquitque Palac. Rub. ibi, & optime dictum fuisse contra eam & valuisse promissionem illam, quia juri querendo renuntiavit, quod optimum ad l. 9. rit. 9. infra isto lib. ubi reperimus favente Deo, ex lege tamen nostra cessat jam doctrina illa Paul. Cast. & non procedit lex illa, qui autem in muliere nupta repudiante hæreditatem sine licentia viri sui, qua etiam de facto sine tali licentia renuntiaverit nihil valet renuntiatio & repudiatio, etiam si jurata sit, neque in justitia, neque in conscientia obligat, ut in l. sequenti videbimus.*

Ibi, *Sin licentia.* Quid sit & an debeat præcedere actum ut sit de substantia, & an debeat esse expressa, vel sufficiat tacita, in l. sequent. dicemus: Sed quid si maritus semel dedit licentiam uxori ad repudiandum, & antequam ea uteretur mortua est, relicto hæredenunquid in ipsum hæredem transibit licentia ꝑ hæc, & Castillo *hic num.* 4. ex Bald. per eum relato inquit quod sic, quod tamen, ego intelligerem nisi licentia hæc esset personalissima, quoniam tunc secus esset, sed quia hæc difficulter exemplificari possunt, missa facio. Et quid si sub nomine dignitatis licentia talis concedatur, puta, Titie comiti uxori mee committit licentiam repudiandi hæreditatem, ꝑ num transibit in successorem, vide dicta per glos. mag. col. 11. in princ. in l. 32. r. 9. part. 6. Sed an si mulier cum licentia viri repudiavit restituetur contra ꝑ repudiationem si minor est, vide Castillo *hic n. 5. & l. 18. rit. 6. part. 6.* Ibi, *Repudiari.* Quibus verbis fiat repudiatio, vide Paul. Cast. l. ff. C. de repud. hered. & text. l. 18. rit. 6. part. 6. & an per lapsum triginta annorum censetur inducta ꝑ repudiatio vide Balb. de prescrip. 1. parte. 3. part. princ. num. 48. *vers. sexto præmissa faciunt. fol. 10.* ubi format questionem in duobus fratibus: Alias perso-

nas que sine aliorum licentia repudiare non possunt ꝑ hæreditatem, vide per Castillo, *hic num.* 7. cum sequentibus, aliquibus.

Ibi, *Pero hier. permissum.* Verbis iis determinatur questio illa in qua Bar. contra morem suum contraria protulit testimonia, ipse enim in simili statuto, in leg. apud Julianum. §. final. ff. ex quibus causis in possessionem eatur, inquit quod stante statuto quod mulier sine consensu propinquorum contractum facere non possit, poterit sine tali consensu adire hæreditatem ꝑ cum adeundo non contrahatur, sed quasi contrahatur, & statuta debent stricte intelligi, cujus opinionem communem testatur Jaf. in l. possideri, colum. 2. ff. de acquirend. pos. & in l. more, n. 19. & 23. ff. de acquirend. hered. & hæc sequuntur plures relati per Tiraq. in legib. consuetudinibus gl. 1. n. 119. *vers. unde decimo quæro.* & receptionem hæc restatur Jaf. relatus per Horof. in l. Barbarius, n. ff. de offic. prat. col. 398. & Tiraq. ubi sup. n. 125. contrariam tamen opinionem imo quod, neq; tunc adire possit sine propinquorum licentia tenuit idem Bar. in d. l. more, in fi. & expressus in l. mutuum eod. rit. & hæc sequuntur plures relati per Tiraq. in d. n. 125. ubi hæc veriorum in puncto juris & communem appellat, sed quod durum esset ad priori tanquam à communiore in iudicando & consulendo recedere, & pro hæc secunda opinione Tiraq. ibi, n. 1. 6. & in seq. aliquibus. jura plura considerat, & Horof. in d. l. Barbarius, col. 398. in princ. posuit hæc contrarietatem, verumtamen ex l. nostra dissolvi potest, secundum Minchacum de successio. creatio. §. 46. & 47. & ex l. nostra concordari possunt dicte opiniones, scilicet, quod prima procedat quoties cum beneficio inventarii adivit sine licentia mariti, secunda vero quoties non adivit cum beneficio inventarii, cum tunc damnosa possit esse marito hæreditas, in primo vero casu non, eo quod non tenetur ultra vires hereditarias, ex quo Horof. ubi sup. col. 398. num. pen. & fin. constituit regulam generalem ad l. sequentem, & ad nostram optime conducentem, scilicet, quod quoties contractus utiles fuerint mulieri, possit illos facere sine licentia mariti, ꝑ idemque restatur ipsemet Horof. in l. contra juris civilis reg. col. 873. de pact. & hoc per text. ubi omnes in l. cum ii. §. eam transactionem. ff. de pact. tenetque Suarez in rit. de las deudas, limit. 4. fol. 48. & Ant. Gom. *hic num.* 2. & optime Cepol. l. eum qui, num. 3. ff. de usucap. pro emp. & num. 26. inceptit alia in propositum, & plura sic tenendo refert Tiraq. in legib. consuetudin. glos. 8. num. 62. usque ad 90. & a num. 56. quæst. inceptit, & novissime, post hoc Matienço l. sequente glos. 1. num. 14. & Matanta in pract. 4. part. distinctione 16 num. 29. & 30. & facit lex 3. rit. 5. part. 3. & dicitur per Cov. in pract. c. 28. n. 10. *vers. quod si in rerum,* quod verum intelligerem dum tamen, per maritum ipsum ratificetur & ratificatio fiat antequam per contrahentem cum tali muliere contradicatur, nam si contradixerit, nihil operabitur ratificatio ꝑ neque utilitas contractus, ut voluit Tiraq. ubi sup. num. 88. & Cifuent. *hic quæst.* 22. & post hæc dixit Matienço in d. l. sequenti. glos. 1. n. 15. & in l. 5. infra. eod. in glos. 1. n. 8. & in minore voluit glos.

glos. in l. 3. tit. 5. verbo, à pro. ex quibus & diffiniri potest questio proposita per Minchac. de successio. creatio. §. 4. num. 50. in fin. n. scilicet, mulier possit sine licentia ꝑ secundi viri acceptare lucra prioris matrimonii.

Ibi, *Acceptat.* Quot modis adeatur hæreditas, vide optime per D.D. maxime Marantem in l. is potest ff. de acq. hered. & per l. 1. rit. 7. p. 6. & novissime & late per Malfard. 1. de probatio. conel. 40. usque ad 53. & tunc potest adiri hæreditas cum hæres sit sibi delatam, ut per Castillo *hic n.* 17. & sic poterit sine licentia mariti petere se mitti in possessionem bonorum \* ex l. fin. C. de edict. Div. Adr. quia adire potest, secundum Menoch. de adipsi. pos. rem. 4. n. 676.

Ibi, *Con beneficio de inventaria.* Cessat enim in tali casu ratio nostri tex. prohibens mulieri adire hæreditatem, scilicet ne damnificetur maritus, nam cum adierit beneficio inventarii nihil præjudicatur marito, cum ultra vires hæreditarias non teneatur, & sic nullum est periculum additione, ut l. scimus §. & si præfatum, C. de jur. de lib. quid tamen si adivit mulier cum beneficio inventarii, ꝑ illud tamen non conficit intra tempus à jure statutum, vel secundum formam juris nunquid præjudicabitur marito, & uxori ipsi, & in hoc Bal. relatus & secutus per Castillo *hic n.* 23. & novissime post hæc per Matienço in presentibus gl. fi. n. pen. inquit, quod de juris rigore non excusatur, de equitate vero sic, ego tamen equitatem istam non video scriptam, rigorem tamen sic ex juris regula, quod non consciens invenarium in tempore, & secundum juris formam tenetur ultra vires, ergo rigor est attendendus & præferendus, quia æquitas non est scripta, & si rigor est attendendus, erit nulla additio hæc, tunc quia ex ea præjudicaretur marito quod est contra nostram l. tunc etiam quia par est adire sine beneficio inventarii, vel cum eo, si beneficium illud nihil prodest, nihil enim & iniuste æquiparantur in jure ex juris regula, & cum in utroque casu, scilicet, si non adit mulier uxorata cum beneficio inventarii, vel si adit cum eo; illud non fecit, militet ratio nostri text. & sic mariti præjudicium; idem jus militare debet in utroque horum casuum, quoniam dispositio regulatur ad rectitudinem rationis, & nihil aliud censetur dispositum in lege nisi id quod ratio ejus dicit & disponit, ut per Tiraq. late in tract. cessante causa in reg. n. 139. & 144. & sic teneo quod nullo modo tunc marito præjudicabitur & per consequens, neq; uxori, quia nulla fuit ejus additio, ut dictum est, nisi licentia mariti adesset, vel approbatio ejus expressa additionis mulieris, ex l. 58. Tauri. que est 6. infra eod. & an sufficeret tacita ex dictis ibidem decerpis. Ex quibus infero, male in propositum nostre legis ex ea notare ꝑ Matienço, *hic in glos. 3. num. 1.* quod si mulier adeat hæreditatem non confecto inventarii tenetur in solidum creditoribus hereditariis, nam hoc est contra supradicta, que ipsemet in effectu tenuit, in ea glos. 3. n. 5. & contra tex. nostrum præjudicium mariti evitare intendentem & inclusive disponentem, mulierem nuptam, de hæc enim loquimur in hac lege, non posse adire sine beneficio inventarii, nam

si eam tantum permittit adire cum beneficio inventarii, per consequens excludit eam in adeundo sine beneficio, quoniam inclusio unius est exclusio alterius, & quia alias, vericulus iste, *Pero Permittimus,* esset superfluus, præsertim cum per legem sequente, quasi contrahere mulier prohibeatur, & in adeundo quasi contrahitur, ut in hac dictum remanet lege & sic notabile & assumptum ipsius Matienço desumptum prout ipse vult, non possit procedere lege nostra attenta ullo modo, item & quia Doctores quos pro se allegat Matienço, non loquuntur in muliere nupta, de qua lex nostra tractat, & sic perperam ex ea colligit dictum assumptum, in muliere enim non nupta soluta, vel vidua ꝑ vera est opinio, quod tenetur si adeat hæreditatem & conficiat inventarium, quam ultra Doctores, per eum allegatos tenet Tiraq. de retract. conventionali §. 4. gl. 7. n. 16. col. 735. & Mincha. de successio. creatio. §. 16. n. 6. cum sequentibus, aliquibus. & opinio hæc fundari potest, ex text. nostro non ut fundat eam Matienço, fed ex specialitate nostre leg. in muliere nupta disponente ut non adeat nisi cum beneficio inventarii, aliter enim non tenetur, quoniam secus in muliere non nupta tempore additionis hæreditatis, hæc enim tenebitur ultra vires si adeat sine eo, vel cum eo. si inventarium non conficiat, & nisi sic intelligas loquatum Matienço perplexum te reddet ejus notabile, quod ex nostra assumpsit lege, & ita loquitur, cum secundum cotas quas allegat sit intelligendus Doctor, modus tamen, quo probare vult, ex nostra lege notabile, est nimis generalis & devians à nostra materia, ideo male collegit illud ab ea.

#### IN LEGEM SECUNDAM. Tauri. 55.

Mulier nupta durante matrimonio non potest sine viri licentia contrahere, neque alia facere, que ei in lege nostra prohibetur, alias nulla sunt in contrarium acta.

#### SUMMARIUM.

- 1 Maritus est usufructuarius bonorum uxoris ad onera matrimonii sustentanda, ex quo deducitur ratio nostri text.
- 2 Mulier conjugata si juravit non esse conjugatam, an valebit contractus ab ea factus.
- 3 Mulier illa proprie dicitur, qua corrupta est, ibidem, licet aliquando pro virgine capiat, ut ibi.
- 4 Hermaphroditus sexui femineo intalescens an contrahere possit.
- 5 Sponsa an possit sine licentia sponsi contrahere.
- 6 Uxor & sponsa longa est differentia.
- 7 Soluta matrimonio per divorcium, an requiratur licentia mariti.
- 8 Si in tempore soluti matrimonii contractus confertur, an valebit sine licentia mariti ab uxore factus, ibidem: & iterum n. 69.
- 8 Licentia expressa vel tacita saltem requiritur.
- 9 Tacitus præsumptus consensus etiam sufficit, ita, ut si maritus sit presens contractus uxoris & taceat, sufficiat & n. 10.

- 11 *Mariti consensus & licentia presumitur quoties patitur uxorem suam negotiari in certo genere mercantie, tenebiturque tunc uxor usque ad illam quantitatem, ad quam usque solvenda mercis sufficiat.*
- 12 *Mulieres pueras maritum solite obligantur eo quod adest consensus uxoris mariti & n. 14. idem dicitur in muliere solita litigare, & esse in iudicio: imo & tunc tenebitur maritus: & uxor ipsa pro talibus contractibus conveniri poterit ut n. 20. & 21.*
- 13 *Uxor si infirmul cum marito & in eodem contractu marito se obligaret, sufficeret, sicut in filio cum patre contrahente n. 16. licet si passus dubius, secus vero si in favorem alterius tertii maritus & uxor se obligarent nam tunc nullum dubium est, quin obligari remanerent, n. 17. cum sequentibus.*
- 14 *Licentia, ubi requiritur, an debeat esse expressa adeo, ut nullius temporis cursu presumatur. n. 19. & sequent. declaratur.*
- 15 *Statuto statuit, quod mulier sine licentia viri contrahere non possit, aut propinquorum, si infirmul cum eis contrahat cum aliquo, valet ubi idem si contraheret cum uno ex consanguineis altero consentiente.*
- 16 *Maritus potest cum uxore contrahere ubi cautela tunc apponitur. & apponuntur. ibid.*
- 17 *Conclusiones pro nostri tex. declaratione colliguntur. & apponuntur. ibid.*
- 18 *Licentia hac an possit per maritum uxori suo prestari per nuntium, vel epist. n. 24.*
- 19 *Licentia hac mariti an debeat precedere contractum vel sufficiat sequi & 26.*
- 20 *Contractus super re Ecclesia factos sufficit post confirmari per Episcopum ad petitionem contrahentium dum tamen, ut ibi, ubi & a quo tempore valet.*
- 21 *Procuratoris acta facta sine domini mandato si ante ratificationem contradicantur, non possunt postea ratificari ibid.*
- 22 *Contractus conditionaliter ratificatio non trahitur retro existente conditione ad diem celebrati contractus, etiam si extremum habile reperitur, si adest impedimentum nisi conditio sit potestativa, nam tunc non trahitur retro, ut ibi.*
- 23 *Nimia importunitas non praestat licentiam.*
- 24 *Licentia mariti pro substantia contractus ab uxore celebrati requiritur & sic erit aliter contractus ipso iure nullus, ut ibi Uxor sine licentia mariti contractum facere non potest, cum ampliationibus & limitationibus. n. 29. cum sequentibus pluribus.*
- 25 *Opponi potest contra instrumenti quarentigii executionem fuisse factam per uxorem sine licentia mariti, adeo ut & in executione sententiae id possit opponi, ut ibi n. 31. & etiam intra 30. annos poterit agi de nullitate, n. 32. & n. 33. quod ex officio id iudex supplere poterit.*
- 26 *Exceptionis ex instrumento resultantis nulla est necessaria oppositio.*
- 27 *Uxor sine licentia secundi mariti non potest petere tutorem filio primi matrimonii.*
- 28 *Uxor in foro conscientiae etiam uti potest exceptione nostri tex. & n. 36. idem in exceptione Velleiani, & filias fam. Macedoniano. n. 37.*
- 29 *& n. 38. quod neque tunc denuntiatio Evangelica locum habeat.*
- 30 *Ex contractu ab uxore sine mariti licentia factus neque naturalis obligatio oritur.*
- 31 *Uxor peccat si de facto sine licentia mariti contrahat & contrahens cum ea itidem. n. 41. & iniuste detinet rem, ut ibi.*
- 32 *Heres in conscientia non potest retinere hereditatem ei in minus solemnem testamentum relictam.*
- 33 *Naturae obligatio tolli potest quoad effectus civiles.*
- 34 *Fideiussor non potest accedere contractui ab uxore sine licentia mariti facto 44. cum 3. sequent. ubi n. 45. an hac exceptio fideiussori competat.*
- 35 *Contractus principali sublato omnia contenta in eo tanquam ejus adminicula sublata censentur & sic nec pena, nec evictio.*
- 36 *Fideiussor rei dotalis vendita per maritum obligatur d. n. 46.*
- 37 *Fideiussor uxoris contrahentis suscipiens in se omne periculum an teneatur.*
- 38 *Mariti licentia requiritur etiam si uxor contrahat cum patre suo.*
- 39 *Etiam mortuo marito erit libera uxor ejus a contractu sine ipsius licentia dum viveret celebrata, & sic poterit res dotalis ab ea venditas sine licentia dicta vindicare. n. 50. nisi ut n. 54. & 55.*
- 40 *Laudem datum non procedente compromisso ratificari non potest. § 1.*
- 41 *Actus nullus a principio potest ex post facto ratificari ubi declaratur. n.*
- 42 *Possessio transferretur ex contractu nullo & sic competenti tali possessori remedia possessoria, § 6.*
- 43 *Mulier si licentia mariti alienat rem dotalam mortuo marito confirmatur talis alienatio.*
- 44 *Mulier si mortuo marito velit stare contractui ab ea facto in vita mariti sine ipsius licentia an poterit invito adversario ubi & an maritus mortua uxore possit consentire & n. 69.*
- 45 *Mulier si instituat heres vivente marito, & ipse restetur de rebus suis an per hoc videatur adire hereditatem illam.*
- 46 *Licentia data per maritum ad contractum unum celebrandum illo celebrato, cessat licentia illa & ibi ampliat.*
- 47 *Licentia mariti requiritur etiam ad constituendam procuratorem qui pro uxore in iudicio compareat 61. ubi & alia requisivimus.*
- 48 *Uxor non potest etiam de bonis paraphernalibus sine licentia mariti disponere.*
- 49 *Administratio paraphernalium hodie ipsi soli marito competit, ubi que dicantur paraphernalia.*
- 50 *Fructus bonorum paraphernalium sunt mariti vivente uxore & ideo non sunt hereditibus uxoris restituendi.*
- 51 *Donationem causa mortis an sine licentia mariti possit uxor facere.*
- 52 *Bona mariti pro restitutione paraphernalium sunt obligata.*
- 53 *Donationem etiam tacitam non potest sine licentia dicta facere.*
- 54 *Uxor neque sibi habere potest sine licentia mariti.*

- 55 *Pia etiam causa non potest mulier nupta donare sine dicta licentia 70. & n. 71. quod neque eleemosinam facere poterit, nisi ut ibi, & eodem modo, neque dotare poterit sine dicta licentia, ut n. 72. etiam si esset filia communis ut n. 73.*
- 56 *Marito absente si uxor pro se & filii sustentandis aliquid vendidit, veniens maritus potest rescindere venditionem, emptori tamen remanet actio contra filios & n. 75. Advertentia Aulhoris.*
- 57 *Uxor, absente marito cum licentia iudicis an possit aliquam adaptare pauperulam, & valeat etiam si maritus revertatur, & 77.*
- 58 *Uxor sine licentia mariti an possit constiteri quod recepit pretium pro re aliqua.*
- 59 *Fiscus succedens in bonis mariti concessis potest rescindere contractum ab uxore talis mariti absque eius licentia factum.*
- 60 *Uxor etiam si agat ad dotem ob inopiam mariti adhuc sine eius licentia contrahere non potest. Mariti etiam dementis & furiosi licentia requiritur vel iudicis pro eo, ut uxor contrahere possit 80. ampl. 19.*
- 61 *Contractus mulieris absque licentia mariti factus ipso iure nullus est. n. 80. ampl. 20.*
- 62 *Clausula annullatoria existente in lege omnia in ea expressa censentur esse de forma, in eadem ampl. 20.*
- 63 *Licentia mariti non requiritur ubi uxor ejus facit actum ex necessitate.*
- 64 *Licentia an sit requirenda & habenda ab uxore que nondum est ad domum tradita, & 83. arbitrat aulhor de la Traductio ad domum plurima operatur.*
- 65 *Licentia mariti requiritur ad acceptandum mandatum extrajudiciale.*
- 66 *Mulier pro libera a necu matrimonii reputata, an possit sine licentia contrahere, & an valeat contractus ab ea gestus.*
- 67 *Legis Barbaricus dispositio ab alia non est trahenda ubi non militent eadem ratio & requisita.*
- 68 *Contractus a muliere sine licentia mariti factus & juratus an valeat.*
- 69 *Testari potest mulier, & in testamento eligere sepulturam sine licentia mariti, & 94. ubi n. 95. quod non valeret statutum contrarium nisi ut n. 96.*
- 70 *Uxor ex delicto bene obligatur & incurrit poenam.*
- 71 *Prodigus delinquendo obligatur, ibidem.*
- 72 *Faciens contractum nullum contra legis dispositionem, poenam ejus incurrit.*
- 73 *Uxor an consentire poterit contractui sine licentia mariti.*
- 74 *Maritus si est praesens contractui & tacet, vel utilis est mulieri & marito, vel solita sit mulier, negociari valet sine licentia mariti, ubi quod in illo in quo solita est negociari, valet & non in alio.*
- 75 *Maritus si dedit licentiam uxori in principio litis, non requiritur aliam in progressu.*
- 76 *Revocato testamento, revocatur etiam contractus revocabilis in eo oppositus.*
- 77 *Legatum traditione an fiat irrevocabile vel in donationem convertatur ibidem.*
- 78 *Contrahi ut possit in testamento irrevocabiter Arvedo in Recopilationem. Tom. III.*
- 79 *Solemnitas eadem requisita in contrahendo, requiritur in distrabendo.*
- 80 *Maritus si est minor 23. annorum, an possit prestare dictam licentiam uxori, vel quid e contrario si ipsa est minor. & 101.*
- 81 *Uxor non potest aliquam liberare pacto de non petendo sine licentia mariti.*
- 82 *Ubi, & an poterit repudiare donationem ei factam neque debitum remittere. ibid.*
- 83 *Insinatio requiritur in Remissione sicut in donatione.*
- 84 *Annulatio actus est pena.*
- 85 *In quasi contractu an licentia mariti requiratur, ibidem. & n. 105. quid si adest juramentum.*
- 86 *Tanquam procuratrix alterius potest mulier sine licentia mariti possessionem adquirere.*
- 87 *Licentia procuratorum judicialia etiam pro patre non possit sine dicta licentia exercere.*
- 88 *Mulier tanquam rea accusata in criminalibus sine licentia mariti adesse potest.*
- 89 *In preparatorio iudiciorum, non requiritur dicta licentia, ibidem.*
- 90 *Mulier soluta si constituit procuratorem ad litem, & post nubat, an valebunt gesta. Etiam cum licentia mariti non potest mulier adesse in iudicio pro aliis personis, ibid.*

Et pro hujus legis introductione & clariori intelligentia dicendum in ea scire debet, rationem suae dispositionis fundamentalem non esse sexus muliebri, prout male dicebat Casaneus, in cons. Burg. Rubr. 4. Desiderium §. 1. gloss. Contraher, n. 5. fol. 127. Sed potius ne marito praedictum fiat & resulet ex contractu mulieris in bonis dotalibus arthalibus aut paraphernalibus uxoris ipsius; & in aliis bonis constante matrimonio adquisitis quorum omnium maritus est legitimus administrator; & usufructuarius ad onera matrimonii sustentanda, secundum Doctores, hic ex Bald. in l. 1. C. de mund. & tradunt Suarez in titulo. De las dotalas, limitatione 2. folio 47. in antiquis, & Palatius Rub. in rubrica §. 68. & Covar. in 4. 2. part. cap. 7. §. 1. num. 1. & Tiraquel. in legibus communalibus. l. 6. gloss. v. 6. num. 37. & sequentibus, & additio Segur. l. 1. §. si vir n. 111. ff. de acquirend. poss. quod novissime examinatum Anton. de Lara in l. si quis a liberis §. si quis ex his, n. 238. cum sequentibus pluribus ff. de lib. agnoscend. ubi n. 241. ita tenet.

Ex quo plura inferri possunt in progressu hujus legis, praesertim ad diffinitionem questionis per Castellum, hic numero septimo, octavo, & nono ventilatae, num. scilicet, si mulier conjugata contrahit cum Alienigena, & juravit maritum non habere, vel mortuum esse, an ex hoc contractus valideret, & concludit optime non validari, si ne marito praedictum fiat, prout fieret si contractus valeret, quod secus est in minore jurante dolose se majorem, hic enim teneatur quia sua res agitur & dolus non debet ei patrocinari in hoc casu, ex toto tit. C. si minor se majorem dixerit.

Ibi, La muger. Quae quidem proprie dicitur H illas

que corrupta est. l. *aliquando*, ff. de contrab. empt. licet aliquando pro virgine capiatur, ut l. *mulieres* ff. de verbo sig. notat. Capela. l. *quaritur* n. 1. ff. de adit. edit. prout capitur in illa oratione, ubi Christus in cruce pendens, virgini matri suae dixit (Mulier ecce filius tuus) in nostro tamen text. pro corrupta & sic in proprio capitur significato, & sic in sponsa cognita locum habebit, ut infra dicemus. Non tamen ex hoc excludo, quin, si mulier nupta & velata nondum cognita a viro fecerit contractum sine licentia viri sui, sub dispositione legis nostra non comprehendatur, prout comprehenditur.

\* Et in hoc sensu etiam, improprie capitur in nostra l. verbum, *mulier*, sed quia lex semper providet in iis, que magis à communiter accidentibus sunt, prout est mulieres nuptas amissa virginitate contractus facere, idem diximus inspicere potius propriam significationem vocabuli hujus in nostra l. Non tamen excludimus ejus largam significationem quam verbum, *mulier*, simpliciter probatum comprehendit, ut virgo etiam nupta sub ea comprehendatur, ut per Rebuff. optimè in d. l. *mulieris*. Sed an idem erit in hermaphrodito, si sexui femineo incalcescat, dicendum est quod sic, prout verius esse testatur Horosc. in l. *quaritur*, colum. 231. versio. 16. ff. de stat. hom. Sed an lex nostra in sponsa procedat, \* Covar. in 4. p. 2. c. 7. §. 1. n. 4. fol. 90. cum Palac. Rub. per eum allegato, inquit quod non, quandoquidem text. hic in muliere & marito loquitur, qui quidem tales dicuntur postquam simul cohabitant, benedictionisque nuptiales recipiunt, secundum Abb. consil. 1. volum. 1. & in locis aliis relatis per Bertachin. in repertorio suo, verbo, *sponsa*, versiculo 4. & tenet Cifuentes, hic in quest. 5. limitat. 3. Et quia secundum communem usum loquendi, qui proprie significationi vocabuli preferuntur, ut l. *librorum* §. quod tamen de legat. 3. mulieris appellatione de nupta intelligimus, ut inquit Rebuff. in dicta l. *mulieris*. Et sic non intelligemus de sponsa, longa est enim differentia uxoris & sponsae, prout licet videre ex Doctoribus allegatis per Didac. Pet. l. *fin. glos. fin. ad fin. tit. fin. lib. 4. ord.* Licet & contra hoc possent allegari dicta, per Avendan. Responsio. 10. & per nos, in l. 1. tit. 1. supra hoc lib. In nostro tamen proposito & materia non crederem comprehendere sponsam etiam de presenti per legem nostram, cum per sponsalia, nisi velationes adfuerint, mulier non exeat patris potestatem, neque transeat in sponsi potestatem, cessetque, in sponsa præjudicium obveniens marito ex uxoris contractu, sponsa enim nihil sponso præjudicat, eò quod dotaliter tenetur ante velationes integram dotem promissam persolvere, & sic cessat principalis ratio nostri text. & idem tenet cum Cov. ubi sup. legem nostram in sponsa etiam de presenti non habere locum, & cum eo novissime tenet concivis meus Doctor Guter. in tract. de jur. confir. primâ parte. c. 1. n. 18. ubi num. 11. inquit, hoc non procedere in sponsa cognita per sponsum, in ea enim procedit noster text. & cum in dubio sumus, an cognita sit necne, consulo, ut semper sponsi de presenti, de hoc enim loquor, licentiam requiras ad contractum

faciendum ab sponsa ejus. Et vide de iis Tiracellum in legibus connubialibus, gl. 2. *emponbois*, n. 1. cum sequentibus pluribus, & dicta per Mincha. *controverf. usufrequent. c. 3. num. 21.*

Ibi, *Durante eto matrimonio*, Secus tamen eo soluto per mortem mariti, vel alium modum, puta, per divortium, quoniam tunc non requiritur licentia, secundum Tirac. in legibus connubialibus, l. 16. gl. 6. de son. mar. n. 39. cum sequenti, & latè & bene disputat Jo. Gutier. canonicus Civitat. in tract. de juram. conf. 1. p. c. 1. n. 54. cum sequentibus, & idem Tirac. de utroque, *verraet. tit. 1. §. 10. gl. una, n. 17.* & hoc dum tamen sit jam factum divortium, secus verò si est in fieri, & lis pendet super eo, tunc enim requiritur licentia, cautela tamen est bona, secundum Gutier. ubi sup. n. 78. ut in utroque casu, si poteris, licentiam mariti requiras, quam si dare noluerit recurre ad judicem, ut det ipse ex l. 57. *Tauri*, etiam divortium factum sit, sed an si in tempus soluti matrimonii contractus confertur valebit sine licentia mariti? vide per Tirac. d. l. 16. connubial. gl. 8. de son. mar. n. 291. cum sequenti, ubi, & n. 18. tractat an maritus ea mortuâ possit consentire, & an soluto matrimonio possit mulier cogi ad observantiam contractus per eam facti marito vivo, sine ejus licentia, Matienço hic in gloss. 1. numero 11. examinat.

Ibi, *Si licentia*, intellige expressa, vel tacita, prout vel verbis sonantibus licentiam, secundum Casan. hoc ad legem nostram notantem in consuetud. Burg. Rub. 4. §. 1. *la femme*, in gloss. sans licencie, num. 1. & 2. fol. 130. col. 3. allegando ad hoc Palac. Rub. in rubric. §. 68. ut cum infra allegabimus, sufficienterque verba requipollentia, secundum Did. Per. libr. 3. ord. col. 1039. in princ. immo & sufficit tacitus præsumptus consensus, puta, quia scit mulierem agere in judicio & tacet, neque contradicit, secundum text. singularem pro hoc, & ibi glos. in l. 20. tit. 22. p. 3. col. 4. versio. Orso si decimos, & faciunt tradita per Tirac. in tract. res inter alios acta. limit. 20. & sic si maritus est præsens contractui mulieris prout & taceat, videtur consentire & licentiam præstare, prout per Petr. Costal. in l. 22. §. voluntate, fol. 423. ff. sol. matrim. & Doctores hic, maxime Cifuentes, quæst. 14. & Ant. Gomez, num. 6. dum tamen intelligat maritus quid agat, secundum Mincha. *controverf. usufrequent. c. 11. num. 6.* & tradit hæc novissime Matienço in l. sequenti in gloss. *Licentia general*, num. 7. 8. & 9. qui & aiunt consensum hunc & licentiam mariti præsumi intervenisse, quoties maritus patitur mulierem negociari incerto genere mercantie, prout tunc enim valet contractus ab ea gestus super mercantiis illis, secundum Anton. Gomez, hic numero 7. & iterum in secundo tom. *variari. cap. 6. numero 2. limitazione 9.* & Suarez in dicto titulo, *De las deudas*, in 3. limitazione, & ante eos Bald. in l. si uxorem, C. de cond. insert. per eos allegatas, & Palac. Rub. in rubrica §. 68. in principio, fol. 69. in marginis, inquit tamen Segura in repetitione, l. 1. §. si uxori, num. 124. quod tunc tenetur mulier usque ad illam quantitatem, ad quam usque solvendam merces illæ sufficit, ad

id tamen quod deest non tenetur, quod est optimum verbum, item & idem erit dicendum in mulieribus pueros nutrire solitis sine viri licentia marito vidente & tacente, valet enim tunc contractus talis super hoc ab uxore factus absque viri licentia, prout supra dicit. & per text. in l. 13. tit. 20. lib. 3. fori, idemque esset si litigare soletet & in judicio adesse, neque maritus contradiceret prout secundum Suarez ubi supra, *questione 1. fol. 54. pagin. 2. in antiquis*, & vide alia infra num. 20. & 21. vel si infimul cum marito contractum faceret & se obligaret marito prout potest, secundum Castillo hic. num. 10. & Ant. Gom. dicto c. 2. n. 3. & iterum hic n. 3. & quod tunc præsumitur maritum licentiam præbere, secundum Avend. in tit. *De las excepciones*, num. 43. versio. 3. infero, nam sicut filius familias cum patre, vel matre contrahens censetur ab eis licentiam contrahendi obtinuisse, ut communem testatur Altiam. de præsumpt. lib. 1. præsumptione 2. n. 6. Gomez & alios idem tenentes refert Did. Per. in l. 1. tit. 8. lib. 3. col. 1033. *fallent. 9.* & faciunt etiam dicta per Gutier. in auth. *sacramenta puerum*, num. 50. & 51. C. si adversus vendit. idem erit in muliere cum suo viro contractum faciente, scio tamen quod contrarium tenuerit Ber. Diaz in regula 455. & concivis novus Gutier. in tract. de juram. confir. 1. par. c. 1. n. 46. cum sequenti, eo quod in sua causa maritus auctorari non possit, & hanc verioreni testatur Avend. in dicto num. 43. in principio & sequitur & consilium quod tunc ad prætor judex, qui præstabit licentiam, & hoc etiam ego securus judico, licet in puncto juris nostræ legis generalitate attenda primam tenem, eo quod lex nostra nullam differentiam constituit, sive mulier contrahat cum marito, sive cum alio tertio, & contrahere cum marito non est prohibitum, sicut neque filium cum patre, neque auctoritas aliqua in præstatione licentiae adhibetur, sed licentia tantum, & hæc sive expressæ, sive tacite præstari potest, igitur contrahente muliere cum marito, quamvis non præstetur expressæ licentia censetur interposita, præsertim cum sit præsumendum contrahentes noluisse contractum inutilem facere, & licentia à l. nostra requisita in favorem mariti est introducta, igitur huius favori maritus renuntiare potest, nihilominus tamen, quia passus dubius est, ut inquit, glos. mag. fin. *versio item & quarto*, in l. 5. tit. 11. part. 4. & ego consulo idem quod Avend. ubi supra, quod in hoc casu judex adætur, qui licentiam & auctoritatem tali contractui præbet: verum tamen est, quod si contractus hic à muliere & marito suo celebratus esset cum alio tertio, prout cum quo maritus & uxore contraherent, in tali casu quamvis expressæ maritus licentiam non præberit, tacite tamen censetur eum concessisse, & sic etiam respectu mulieris valet contractus hic, secundum Ant. Gom. hic num. 4. alios idem tenentes referentem, & Palac. Rub. in rub. §. 47. num. 13. ad fin. fol. 27. & Callan. in consuetud. Burg. Rub. 4. §. 1. in gloss. ne an si par. num. 6. versio. adverte tamen, fol. 130. & concivem nostrum in dict. tract. §. c. 1. num. 52. Sed contra omnia supra dicta facit illa communis opinio

relata per Avend. in dictionario suo verb. *Orogamento*, & in dict. tit. *De las excepciones* num. 39. & in c. 14. *prat. num. 6. lib. 1.* quæ habet, quod ubicunque licentia requiritur, ex legis dispositione debet esse expressa & expresso verbo concessa, neque sufficit tacitus consensus, prout & communem testatur Villalobos, in *arario mill. com. opi. litera. l. num. 167.* & plura allegat Tirac. in gloss. 7. *legum connubial. num. 1. cum sequenti*, nam cum sit solemnitas extrinseca non est præsumenda, secundum Ant. Gom. rom. 2. c. 11. num. 17. in princip. adeo ut nullo temporis prout casu præsumatur, secundum Avend. in dict. tit. *De las excepciones*, num. 41. versio. 4. infero, & in c. 12. *prat. num. 26. in fin. lib. 1.* ubi hanc communem testatur, & adeo ut tunc, neque sufficiat per æquipollens impleri, secundum Boher. *decisione 1. num. 44. quam questione late examinat Suar. in tit. De las deudas, quest. 1. per rotam*, idem vel danda est concordia quam desumi posse credo ex Suarez ibidem, fol. 55. *versio. præterea*, & ex Avend. num. 41. scilicet, quod si probetur quod tempore contractus adfuit præsens maritus & dicatur quod de ejus voluntate contraxit uxor, quia à communiter accidentibus solet dari licentia, præsumetur data ex temporis diuturnitate, de quo per Suar. in tit. *De las deudas, versio. sed pone questione fol. 52. vel si esset, ut ibidem ibidem Avend. dicta num. 41. versio 4. infero*, dicit esse tempus immemorabile lapsum post contractus illius perfectionem, vel melius si dia sciente & patiente marito emptor emens à muliere ejus possideat, secundum Ant. Gom. tom. 2. c. 11. num. 17. in fin. & Tirac. ubi supra, num. 39. ubi num. 44. hanc verioreni & communioreni testatur opinionem, vel idem erit si maritus, ultra sui præsentiam contractui apparentem, ad actum aliquem positivum præcessit, puta, vocando tabellionem aut testes, tunc enim pro consentiente habetur, secundum Abb. in c. cum virum, de regular. & Jas. in l. qua dotis, num. 90. cum sequentibus pluribus ff. solut. mat. & Bal. l. fin. §. necessitatem, num. 20. C. de bon. qua lib. & Palac. Rub. in rub. §. 68. num. 21. cum sequentibus, & Tirac. ubi sup. num. 43. cum sequenti, aliquibus, & facit glos. in *Clement. 1. & procurat.* pro quo considero text. in l. *filii familias*, & ibi Bal. ff. ad Macedon. sic est diu mulier solita est negociari vidente viro & faciente. valet contractus in negotiatione illa per uxorem facti, etiam si expressæ illis maritus non consenserit, imo & tunc tenetur maritus quia habetur tunc uxor ejus prout tanquam quidam inquit, secundum Callan. in consuet. Burg. Rub. 4. §. 1. gloss. *s' elle n'est marchandé*, num. 1. & 10. fol. 131 in principio, ubi num. 8. quærit ipse Callaneus, num ex talibus contractibus in mercantia illa gestis, uxor ipsa possit in judicio conveniri sine licentia mariti, & concludit quod sic, pro quo & facit quod inquit glos. junct. text. in l. 2. verbo, *O en otro camino*, tit. 5. part. 3. & supra, num. 11. cum sequenti alia diximus, eodem etiam themate retento si uxor & vir infimul contrahant satis videtur data licentia, quandoquidem ipse maritus ultra præsentiam aliud quid facit, rogando tabellionem & testes & sic non est simplex licentia, prout ultra dictos tenet etiam Bal.

in l. si filius, de re iud. & latius in l. Titius ff. quib. mod. pig. vel hipoth. sol. & ibi Angel. & Tiraq. l. 14. communi. glos. 5. verbo expresse, vers. ad secundum dico, & Hipol. sing. 447. & Cifuent. hic questio. 13. per text. l. cum pater §. libertis, de legat. 2. per quem & tenet Angel. in l. si qui heres §. fin. ff. de acqui. hered. quod si statuto caveatur, prout hac lege caveatur, quod mulier sine consensu propinquorum non possit contrahere; quod si contrahat in simul cum propinquis, videtur dare licentiam contrahendi, quem text. ad hoc etiam notat Paul. & Imol. in dict. §. fin. ubi Alex. num. 3. hanc dicit communem, & Ant. Gom. hic num. 3. & si mulier talis contraheret cum uno ex consanguineis, & aliter consentiret, videtur satisfactum, secundum Abb. in c. cum in veteri, num. 11. de electio. quem sequitur Alex. in l. 1. §. fuit questum, penultima colum. ff. ad Trebel. licet contrarium tenuerit Jaf. in dict. §. fin. num. 10. aut 20. per text. & ibi Angel. in auth. de alienat. & emphit. §. economus, & contra Abb. dicit communem idem Jaf. in dict. §. fuit questum, colum. 1. & hanc tenere videtur Segura l. 1. §. si vir, num. 111. cum pluribus sequentibus ff. de acq. pos. concordari tamen haec possent opiniones ex Bal. in l. si quando §. 1. C. de inoffi. testam. quod opinio communis procedat quoties auctoritas alicujus interponenda est ad actus firmitatem, ita quod absque ipsius auctoritatis interpositione non valeat, & secus verò si lex dicat quod absque licentia alicujus, quoniam tunc procedet prima opinio contraria, ut sufficit contractum facere in simul cum illo, qui licentiam debet praebere, praesertim si introductum est, ut licentia praestetur in favorem illius, qui praestare tenetur, prout in nostra lege dictum praestare debere maritum, & sic possunt intelligi fundamenta adducta per Avend. ubi supra, in quantum volebat non sufficere simultaneum contractum uxoris & viri sed adhuc tunc licentiam expressam requiri, nam procedere possent, quoties non ut licentia, sed ut auctoritas, esset praestanda, nam facilius praesumitur licentia quam auctoritas, neque obstat illud quod maritus non potest cum muliere contrahere, quia ut ex dictis patet, & ex dictis per Ant. Gom. tom. 2. c. 2. num. 3. & per Tiraq. in legibus communi. glos. 8. num. 111. & 112. potest optime, & item & quia tunc ut evitaretur omnis scrupulus, possent servari cautela posita per Bal. l. 1. num. 2. C. unde vir & uxor, scilicet, quod vir renuntiet juri consentiendi pro se introducto, prout & retulit Segura ubi supra §. mem. 114. ut saltem evitaret id quod ex Barr. l. 1. ff. de auct. prest. colligitur, dum dicebat dictam concordiam ex Bal. procedere in contractu non merò lucrativo, facitque in simili quaest. minoris ad creditum cum patre contrahentis, de qua per Ossatorum Salmant. lib. 3. ord. col. 133. in medio, tu tamen desume ex me meliorem cautelam, scilicet, ut expresse maritus det licentiam, sic enim opiniones evitabis, verum tamen si pervenerit ad te negotium ubi similis difficultas esset alteranda ex dictis defendere potes partem tuam, & sic ex supra dictis decerpis conclusiones sequentes per nostri text. declaratione, quarum prima est, quod si maritus contractui per uxorem facti consentiat tacite, non

simpliciter, sed ad aliquem actum positivum deveniendo, puta, alocando tabellionem, vel testes, & praesentialiter contractui existendo, valeat contractus ille, quamvis de expressa licentia non appareat, praesertim si diuturni temporis lapsu sit roboratus. Secundum conclusio est, quod si maritus & uxor simul contrahant, prout possunt ut dictum est, maritusque renuntiet, ad majorem cautelam juri de consentiendo pro se introducto, censetur praestitisse licentiam mulieri, & validus erit talis contractus, facti enim sicut & verbis voluntas declaratur, secundum text. in l. si pater naturalis ff. de adoptio. ad hoc allegat. per Suar. in dict. quest. 1. pag. penult. in princ. fol. 55. in princ. & au ubi requiritur expressum, sufficit tacitum, Actum hic num. 10. remittit se ad Mar. Afflic. decis. 44. fed an licentia haec poterit per nuntium, vel epistolam, & si licentia detur uxori per maritum, quae quidem uxor antequam ea iteretur mortua est, an transibit in uxorem sequentem, in leg. supra proxima tetigimus. Sed an licentia haec debeat praecedere contractum, an verò sufficiat post contractum sequi, & videtur quod procedere debeat, quia quando de jura civili licentia alicujus requirebatur ut actus valerent, necessarium debet praecedere licentia actum illum, neque satis erat, quod sequeretur, ex text. in c. non est de regulari, c. omnis utriusque sexus, de posit. & remis. & ex dictis per Doct. in l. si quis mihi bon. §. iusta, ff. de acqui. hered. & in l. 1. C. qui admir. aliter enim actus est ipso jure nullus ut in l. 5. infra isto r. dicemus Deo annuente, & ex pluribus adductis per Petrum Pekium de test. conjugum lib. 2. c. 2. num. 1. cum sequent. aliquibus: sed nihilominus in proposito nostri text. contrarium est dicendum, imò quod sufficiat licentiam post actum sequi, & actum ratificari, eo quod quoties licentia est necessaria pro evitando praesudicio alicujus tertii, cujus auctoritas, licentia, vel consensus desideratur, sufficit si post actum illum sequatur, secundum Paul. Castren. in l. si cum dotem §. si cum tempore, num. 6. ff. solut. matrim. & eund. Paul. in l. licet ff. de judic. & alii plures relati per Didac. Per. lib. 3. ord. colum. 1035. in principio, & Ant. Gom. hic num. 6. & si ita in nostri text. propositum tenent, de quo non est dubitandum; cum habeamus l. 58. Taur. qua est §. nostri tit. ita expresse disponentem, sicut & videmus quod si factus est contractus super re Ecclesiae abique Episcopi auctoritate, quae intervenire debuit in ipso contractu, si ambe partes post adeant Episcopum, & ab ipso petant contractum confirmari, valebit contractus secundum Baecam de non meliorand. fili. ab. e. 10. num. 68. potest enim quamvis contractus nullus sit, ratificari per illum in cuius favorem annullatio induta fuerat, secundum eund. Baecam ibidem, num. 67. & in prosecutione hujus legis latius dicemus, & 12. rationes in confirmationem hujus secundae questionis adducebat Socin. consil. 15. incip. visis predictis lib. 1. quem

1. quem refert ad hoc Petrus Pekius ubi supra, lib. 3. c. 8. num. 3. & per totum illud caput de iis tract. Neque obstant leges pro prima adductae parte; quia dicendum est procedere jure civili attento, secus verò jure nostro Regio, ut dicebat Villalobos in Antinomia juris civilis & Regii, verb. uxore, num. 17. vel melius quod illud regulare est nisi per legem aliud exprimat, ut jam in nostra materia expressum est, intellige tamen sufficere licentiam & ratificationem post contractum sequentem, cum amba partes contrahentes, scilicet, mulier ipsa, & ille, qui cum ea contraxit, adeunt maritum ut ratificent contractum illum, vel quando antequam ab una partium reclametur contra illum contractum, vir ipse ad petitionem alterius partis, ratificat illum, & approbavit, secus verò si ante ratificationem hanc ab una ex partibus reclamaretur contra contractum illum, petendo nullum declarari, tunc enim contradictione hac facta nihil operatur ratificatio post reclamacionem facta, secundum Cifuent. hic quest. 12. & in l. 58. Taur. probatur argumento, text. cum glos. in l. licet, C. de procurator. ubi probatur quod si quis sine mandato alterius nomine agat in judicio, & antequam acta ratificentur per dominum, cujus nomine sunt praesentata, contradicatur per adversarium, dicendo quod non habet mandatam a parte adversa, neque est ejus procurator, nihil tunc operabitur ratificatio, concordatque lex 20. tit. 5. p. 3. sic declaranda, ut tenet glos. 2. l. 3. tit. 5. par. 3. & glos. dict. l. 20. & Matienço l. 2. tit. 3. lib. 5. recap. glos. 1. n. 15. & iterum in l. 5. ejusdem, tit. & lib. 5. & Pinel. in l. 1. par. 3. num. 33. C. de bon. mat. ergo idem & in nostro proposito & casu dicendum est, prout in proposito tenuit Did. Perez. lib. 4. ord. col. 1035. in fin. licet in procuratore contraria communis est, ut asserit Petrus Pekius, in c. ratificationem num. 11. in fin. de reg. jur. in 6. & Doctor Gutierrez consil. 7. num. 1. alia adducit in proposito hujus communis, item intellige contractum illum tempore congruo & ante contradictionem ratificatum valere ex nunc, & non verò ex principali ejus origine, secundum Did. Per. ubi supra, colum. 1036. in principio, faciuntque dicta per Rochum de jur. patron. verbo pro eo quod, num. 10. id enim quod a principio nullum est, per ratificationem validari non potest ut valeat ex tunc; sed ex nunc, reperitur namque extremum a quo incipere debebat inhabile, quia erat mulier conjugata, neque poterat sine licentia mariti contrahere, id tunc etiam in contractibus conditionalibus non trahitur retro ratificatio existente conditione ad diem celebrati contractus, si extremum a quo est inhabile, & neque itidem trahitur retro etiam si tempore existentis conditionis extremum habile reperitur si adest impedimentum, secundum Jaf. l. existimo, num. 1. ad fin. fol. 129. ff. de verb. oblig. & eund. Jaf. eum qui §. fin. num. 6. fol. 89. ff. de verbo. obliga. & Fanus de pignor. 2. memb. secundae partis, numer. 4. & numer. 6. alio modo declarat, & sic declarabis & intelliges, l. qui balneum & l. potior, in princ. ff. qui potior, in pig. hab. probantes contractus censuales existente conditione trahi retro: idque etiam alio modo de

clarat Anton. Gom. tom. 2. c. 11. ad fin. num. 29. & Didac. Per. ubi supra, colum. 1090. Item procedit si conditio est casualis, vel mixta, secus si potestativa, quia in ea non trahitur retro, secundum Jaf. l. si filius familiaris, in principio, numer. 2. ff. de verb. oblig. & ante cum Bart. in l. si is qui, num. 46. & ibi eund. Jaf. num. 311 ff. de verb. oblig. & vide glos. l. 32. tit. 13. par. 5. quae quia nostra materia non sunt, per eos videri possunt, sufficere intelligere in nostra materia, quod licentia & contractus ratificatio non retrotrahitur nisi ex de obligationis ratificatae, & sic ex nunc, non verò ex tunc.

Uterius notandum est quod si per nimiam importunitatem maritus concessit uxori suae licentiam, & vilis est non consentisse, secundum Did. Per. lib. 3. ord. colum. 367. in princ. pro quo fecerunt dicta per Peet. decis. 101. n. 10. quod tamen non affirmò in practica obtineri potuisse.

Ibi, No pade. Necessitatem importat, & sic licentia mariti pro contractus validitate est de substantia & forma, & substantiali contractus, ad eò quod omnia & nulla est ipso jure contractus, secundum Doctores hic, & dicit in l. supra proxima in glos. No padea, & licet jure civili hoc non requiretur ex l. velle, C. de revocand. donatio. ex l. tamen nostra requiritur, & tenet Mincha. contravers. usufructu. c. 10. num. 2. cum quatuor sequentibus ubi num. quinto & 6. tenet in terminis nostrae legis contractum esse ipso jure nullum contra legem nostram factum.

Ibi, Haec contra. Hic colligitur principior conclusio nostrae legis, scilicet, quod sine licentia mariti uxor facere contractum non potest, quam quidem conclusionem, ut melius clarificetur per ampliationes & limitationes, declarabimus.

Erit igitur prima ampliatio, quod contra instrumentum gearentium per uxorem absque tali licentia celebratum opponi potest exceptio hac & impeditur talis instrumenti executioni, & nam si lege caveatur ut contra tale instrumentum nulla exceptio opponatur, opponi tamen poterit illa, quae contrahentem inhabilem ad contrahendum reddit, secundum Joan. Andr. ad fruct. de senent. §. ut autem, in principio l. tutor. §. prodigus. ff. de jur. jurando, & in specie ad nostram legem tenet Horroscius in lege in traditionibus, numero septimo cum duobus sequentibus ff. de pac. colum. 925. in principio, & ante eum Suarez, in l. post rem, questione prima, pag. 320. in principio, ff. de re judic. & Avendan. in titul. De las excepciones, numero trigesimo octavo, & Menclius in lege prima numero quinquagesimo. C. de jur. & fact. ignor. & Concivis noster Gutier. in tract. de juram. conf. prima part. capit. primo, numero trigesimo quinto, sufficere tunc probare tempore contractus mulierem illam nuptam fuisse, ut instrumentum invalidetur, nullusque ejus executio declaratur, ad eò ut & in ipsa executione sententia, possit opponi exceptio hac, & defectus, secundum Menclium in dicto numero quinquagesimo, & Suarez in titul. De las dendas, in fine, fol. quinquagesimo octavo in fine, imò & tunc etiam intra triginta annos poterit

rit agi \* de nullitate talis sententia & executionis nam cum contractus virtute cuius lata est sententia vel executio facta, sit nullus, etiam intra triginta annos potest agi de eius nullitate, secundum Avend. in dicto tit. De las exceptiones, in fin. imo si ex ipsomet instrumento, vel sententia constaret mulierem ipsam esse nuptam nullamque adfuisse mariti licentiam, & absque oppositione exceptionis huius cessabit executio. † iudexque ex officio sic debet jubere, quia quotiescunque ex inspectione instrumenti apparet de exceptione, nulla est necessaria exceptionis illius oppositio, secundum Alexand. in leg. quarta. §. condemnatum, numero quarto, ff. de re iud. & Hippolit. in pract. §. ultima questio, numero quarto, & Avendan. capit. decimo. sexto prator. numer. 11. lib. 1. & Suarez dicta l. post rem, pag. 330. in principio, & pag. 326. versic. sed pro evidentia, numer. 38. & hoc quia tale instrumentum dici non potest, paratam habere executionem, cum desit persona, que ex eo obligata, resulter, & que sunt optima ad l. 1. & seq. tit. 17. supra lib. 4.

Ampliat & secundò, ut neq; uxor possit filio suo primi matrimonii tutorem petere sine licentia mariti, † secundum Castillo hic numer. 31. & sequentibus, & an Regina, cuius est Regnum possit legem in eo condere sine mariti licentia, vide per Burg. de Paz in proemio l. Taur. numero 304. cum sequentibus.

Tertiò ampliat, ut & in foro conscientie

† mulier conjugata uti hac exceptione possit, secundum Tiraq. plures allegantem, in l. 16. communiati glos. 4. ne pleu, numer. 15. cum sequentibus aliquibus, & Covar. in regula peccatum 2. par. 8. §. 3. numer. 8. & 10. fol. 34. colum. 2. in antiqua impressione, quicquid velit Segura. l. 1. §. si vir. num. 126. cum sequentibus ff. de acquir. pos. iniquis uxoris contractum sine licentia mariti factum absque fraude valere in conscientia, & quod per consequens uxor in conscientia teneretur ei stare, quod est contra dicta & asserita per Covar. & Tiraq. & pro eis est, nam & mulier in conscientia potest se

juvare † Velleiano, secundum Ant. Gom. tom. 2. c. 13. numer. 16. in principio, & filius familias Macedoniano † secundum eund. Ant. Gom. eod. tom. 2. c. 6. colum. 2. in medio & glos. No et, in l. 4. tit. 1. par. 4. & ante eos Abb. in c. fin. num. 29. de rescrip. ubi, num. 28. inquit quod in hoc casu, neque denunciatio Evangelica † locum habebit, & idem Abb. late in c. plerique, num. 26. de immunit. Eccl. & nositer Gutier. in repetitio. auth. sacramenta. puberum, num. 83. ubi num. 84. limitat hoc uno modo, & idem Gutier. in tract. de juram. confirm. 1. par. c. 1. num. 42. ergo nimirum si & mulier nupta dicta exceptione in conscientia uti possit, pro quo & facit illud Rebus. de pacif. pos. num. 26. cum §. sequentibus, nam cum desit naturalis obligatio, eo quod lex hic afficit & resistit, prout diximus in l. 1. tit. 1. supra isto lib. neq; conscientia obligat, ut ibidem diximus, & quod in hoc casu naturalis † obligatio non oritur, communem testatur Jaf. in lege stipulatio ista habere, §. alteri numero sexto ff. de verb. obligat. & Minch. de success. creatione. §.

quarto numero quinquagesimo & Covar. in cap. quamvis pactum. 2. par. §. 4. n. 6. versic. 4. ab eadem radice, & Angel. consil. 353. num. 1. Gutier. dicto c. 1. de jur. conf. c. 1. num. 39. & Minchac. controu. usufreq. c. 10. numer. 1. communem dicit & sic ipse ibidem, & iterum in de controversis usufrequentibus, c. 10. num. 17. & Calan. in consuet. Burg. perperam tenet uxorem nuptam teneri in conscientia stare contractui à se facto contra legis nostrae formam, & faciunt dicta per nos dict. l. 1. tit. 1. supra isto lib.

Quartò ampliat, ut & ipsa mulier peccet, si de facto contrahat sine licentia † mariti, eo quod injustè dispositioni legis nostrae contravenit, secundum Tiraq. ita tenentem in l. 16. communiati. glo. 4. ne pleu. numer. 18. quicquid velit Minch. controu. usufreq. c. 10. num. 11. imò & quod fortius videtur, quod & ipse contrahens cum ea peccat & tenetur in conscientia ex contractu † cum ea celebrato sine mariti licentia, injusteque detinet rem virtute talis contractus, secundum Covar. in dicta regula, peccatum. 2. p. §. 3. numer. 9. in fin. cum sequentibus fol. 34. & Minch. ubi supra, numer. 19. ubi num. 24. ita tenet Tiraq. ubi supra, numero 20. cum sequentibus aliquibus, nam prohibitione facta uxori contrahendi sine licentia mariti, censetur etiam aliis facta ne cum ea contrahant, secundum Cifuentem hic quest. 20. & sicut ipsa peccat legi contraveniendo, ita & cum ea contrahens, quicquid in contrarium velit Jaf. in §. sed ista quidem. numer. 131. & 132. inf. de aut. & Alciat. de quinq. ped. presc. fol. 17. & idem Jaf. in l. si non sortem. num. 4. ff. de cond. indeb. postea tamen hec Jaf. & Alciat. opinio intelligi quotiescunque dat lex certam formam sciendici instrumentum & contractum, tunc enim si lex ulterius non procedat, si non servetur forma illa, valet ille actus, sed quando lex ultra formam datam procedit annullando contractum contrarium & privando potentia illum aliter contrahendi, tunc nullo modo sine peccato fieri potest, neq; retineri id quod virtute eius fuit datum, quia cum tunc deficiat naturalis obligatio ut dictum est supra, & tenet Bart. l. cum lex, num. 4. ff. de fidejuss. & Callador. decisio. 5. de jur. patron. num. 2. & communem testatur in l. stipulatio ista. §. alteri numero. 16. ff. de verb. oblig. & Minch. de success. creat. §. 4. numero 50. & dixi l. 1. tit. 1. supra isto lib. merito quod in conscientia retineri non possit, sicut & hæres non retinet hereditatem in minus solemnem testamentum relictam, † prout communem testatur Ant. Gom. relatus per concivem nostrum Gutierriem in repetitioe l. nemo potest, numero 461. de leg. 1. cum secundum eum ubi numer. 464. non debeatur talis hereditas naturaliter, neq; civiliter: neq; obstat quod naturalis obligatio per legem tolli non possit, quia naturalis quidem jura tolli non possunt, ex §. naturalia, institut. de jur. naturali. gent. & civil. & cum non possint, mulier non peccat, & nec contrahens cum ea, quia mulier tenetur in conscientia stare contractui, quoniam respondeo quod data privatione potentie contrahendi deficit consensus

consensus & naturalis obligatio, vel melius, quod obligatio naturalis tolli non potest, per legem, verum est regulariter, sed quoad effectus civiles † bene tolli potest, secundum Doc. in l. pacta qua contra, C. de pact. & Bal. in l. non dubium. C. de legibus, Ideo videtur quod, eà sublata, auferatur remedium naturale.

Quintò ampliat nostra conclusio, quod neque fidejussor potest accedere tali contractui † & obligationi per mulierem nuptam factis contra legis nostrae formam, quoniam cum non oriatur civilis, neq; naturalis obligatio, fidejussor ei accedere non potest, secundum Bart. dicta l. cum lex. num. 4. ff. de fidejuss. & Jaf. in l. Gallus. in principio. num. 10. 16. & 17. ff. de lib. & posth. & in dicta l. si non sortem. in principio. ff. de cond. indeb. & Anton. Gom. in l. 53. Taur. numer. 60. & Baecam de non meliorand. dot. c. 35. numero 5. ubi num. 9. hoc limitat in uno modo, scilicet, nisi fidejussor suscipiat in se periculum, & asserit nihil fieri contra legem, & hanc etiam ampliationem proponit Minch. Controu. usufrequent. c. 10. numer. 7. ubi in c. 11. inquit, quod neque novatio fieri poterit super tali contractui, & pro hac quinta ampliatione considero text. in l. 5. tit. 12. par. 5. In cuius quidem ampliationis exornatione, quarendum est, num hæc exceptio competens mulieri huic sine licentia mariti contrahenti, competat † & ejus fidejussori, quam questionem movet Did. Per in l. 1. tit. 8. lib. 3. ord. colum. 1037. & nihil concludit in propositum. Ego tamen teneo quod competit tali fidejussori, ex dictis in hac ampliatione, & in precedente, scilicet, quod cum non oriatur ex tali contractui civilis neq; naturalis obligatio, non potest accedere fidejussor, ut tenent supra dicti Doct. & Gutier. noster in tract. de juram. conf. 1. par. c. 1. numer. 41. & probatur ex l. 20. tit. 12. par. 5. Item quia si principalis contractus non tenet, neq; itidem accessorius, prout est fidejussionis, secundum Matth. Afflic. decisio. 149. numer. 2. & probatur in l. fin. ff. de const. pecun. Faciuntque dicta per Hipol. l. fin. numero 16. cum pluribus sequentibus. ff. de quest. & late per Rip. in l. 1. §. si quis ita numer. 16. fol. 160. ff. de verb. oblig. & Cepola cautela 131. & quia sublato contractu principali omnia in eo apposita censentur sublata tanquam ejus adminicula, † secundum Suarez l. post rem. pag. 19. numer. 16. per text. in l. fin. supradicta, & per text. optimum, in l. tutores. §. curatores. el. 1. ff. de admin. tutor. ubi probatur, quod sublata causa cautionis interponenda, censetur cautio sublata, & pro hoc facit etiam text. optimum in l. 56. tit. 5. par. 5. & ibi glos. & Jaf. late in l. si ita stipulatus. §. Christophorus. numer. 48. fol. 173. ff. de verb. oblig. Adeo, ut neque penna, neque evictionis promissio valebit, secundum glos. in l. si patronus. ff. si quis, in fraud. patron. Et ita hanc opinionem quod fidejussor non obligetur, & sic quod exceptio hæc quod contractus fuit nullus, quia factus sine licentia mariti, competens mulieri huic, competat ejus fidejussori, teneo ut veram, eò quod si non posset eam opponere & solvere, repeteret à muliere illa nupta pro qua intercessit, & per consequens, neque ipsa ju-

varetur dicta exceptione, & sic prohiberetur unà viâ, aliâ admitteretur, quod est contra juris Bocardicum, & ita in simili affirmavit Ant. Gom. in l. 53. Tauri num. 60. & Alex. in consil. 109. maxime, n. 117. volumine 2. & Jaf. consil. 133. volumine 4. num. 20. & Bald. l. si pradium. n. 5. C. jur. dat & l. in si is quem C. de prad. minor. & Socin. consil. 3. num. 6. volum. 1. Hieronymus Gratus. consil. 2. articulo. 62. numero 20. & novissimè è nostris tenet Villalobos in arario mill. com. opin. litera D. numero 263. ubi dicit esse secus in viro alienante rem dotalem, qui si fidejussorem dederit obligatur, licet alienatio revocari possit per mulierem, cuius res dotalis erat. Afferunt tamen Tiraquel. dicta l. 16. comm. glos. 4. n. 14. & Gutier. dict. c. 1. de juram. confirm. n. 14. & Baeca, ubi supra, dicto. c. 35. num. 9. quod si fidejussor hic, pro muliere nupta se obligans suscipiat in se omne periculum, & asseraverit † non fieri contra legem vel statutum, obligabitur, quod tamen ego sublimo quoties affirmatio hæc esset quod mulier illa non erat nupta, vel quod dato quod esset, habebat licentiam à marito suo, tunc enim dicta limitatio procederet, secus verò si aliqui horum non assermaret, nam tunc licet diceret non esse contra legem, mulierem illam nuptam obligari, nihil ei obesset, cum scire adversarius teneatur leges regni, & quod est contra eas, mulierem nuptam se obligare sine licentia mariti.

Sextò ampliat, ut procedat nostra conclusio, etiam si talis mulier nupta contrahat cum patre suo, adhuc enim licentia mariti sui requiritur, † secundum Suarez in tit. De las deudas. l. 2. fol. 47. in antiquis, & iterum in l. 9. tit. 11. lib. 1. fol. 21. versic. nota, ulterior. §. 79. & Menel. in l. transactio. n. 5. pag. 160. C. de transact.

Septimò ampliat nostra conclusio in tantum quod etiam soluto matrimonio mulier ipsa non teneatur ad observantiam contractus in vita mariti sine ejus licentia † celebrati, secundum Bald. relatum & sequutum per Cifuentem. hic. §. quest. & Tiraq. in glos. 8. de son mari. leg. comm. num. 99. cum sequentibus aliquibus, & Matienço hic. glos. 1. num. 11. & rejecta ejus declaratione ita teneo. Et sic si mulier vivo marito, & sine ejus licentia venderet res dotales, posset marito mortuo eas revendicare, † secundum Suarez in tit. De las arras. §. de arrharum conservatione, versic. Sed dubium singulare est. fol. 37. in antiquis, ad ampliationem legis. cum vir. ff. de usucap. quod & tenet Paul. in ca. l. cum vir. num. 6. contractus enim à principio fuit nullus, & idè ex post facto confirmari non potest, secundum Rebus. in pract. benef. tit. de forma dimissiarum literarum. num. 12. & etiam videmus quod laudum † datum non precedente compromisso ratificari non potest, quia nullum fuit, secundum Hipol. in pract. §. diligenter, num. 185. ergo nullo modo pro mortem mariti confirmatur contractus per uxorem suam sine ejus licentia in vita ipsius factus: nam si maritus scivisset, contraxisset, & per mortem nolle potius quam vellet dicendum est. Neque obstat doctrina illa Innocentii, in c. prudentiam numero. 5. de offi. del quem



76 tione nihil valeret & retractari possit ꝑ per maritum reverent eo quod adoptio non potest fieri sine consensu & licentia illius qui habet adoptandum ꝑ in potestate. per text. in l. in adoptionibus. ff. de adoptio. text. in l. cum adoptio. & ibi Oroscius colum. 277. ff. eo rit. & quia per text. in l. non potest. ff. eod. rit. filius naturalis non potest facere quin sit in patris potestate, si ergo filius hoc non potest facere, ergo neque mater pro eo, & si hoc fieri non potest, igitur neque in adoptionem dari cum ex hoc patris potestas eludatur: item & quia per l. 4. tit. 16. part. 4. filius infans si patrem non habet, qui debet consentire adoptioni, non potest adoptari per alium quam per Principem, & tunc debet Princeps considerare ibidem descripta, si ergo per alium quam per Principem tunc adoptari non potest si patrem non habet adoptandus, vel adoptanda, si patrem habet licet absentem, & talem qui nescitur ubi sit, vel an vivat vel mortem obierit, quod idem est, quia pat. iudicatur habere patrem, vel illum inutilem, & de non entibus & non apparentibus idem est iudicium, ex vulgaribus, per alium quam per Principem dicta filia adoptari non poterat, & sic iudicis minoris licentia, & consensus ad hoc præstitus nihil operabitur, quin si poterat post veniat, illam adoptionem irritare possit, & reivindicare filiam suam si velit, & non stare contractui adoptionis, quod est optimum & singulare ad l. 6. infra eodem: & an mulier sine licentia mariti possit confiteri ꝑ quod recepit pretium pro tali re, vide Tiraq. in l. 16. connub. gl. 5. *Contrafter. n. 112. cum pluribus sequentibus.*

Decimo septimo ampliatur, ut & hæres succedens in bonis mulieris hæretice confiscatis possit rescindere contractum huius mulieris in vita mariti sui, & sine eius licentia ꝑ factum de re dotali, secundum Simancas de Car. inst. cap. 9. num. 160. etiam si contractus ille iuramento mulieris firmatus secundum eundem Simancas, ibidem num. 57.

Decimo octavo ampliatur, quod quamvis mulier hæc nupta agat ad dotem propter inopiam mariti, adhuc debet requiri, ꝑ eius licentia ad contrahendum, quam si præstare noluerit, iudex adhibita causæ cognitione præstabit secundum Castillo in l. 57. Taur. num. 13. cum sequentibus. gl. 2. contra Cifuentem hic quæst. 16. contrarium & male tenentem.

Decimo nono ampliatur, quod quamvis maritus sit demens, furiosus, vel mente captus adhuc eius licentia requiritur, & in defectum eius debet adesse licentia iudicis adhibita causæ cognitione secundum Bald. in l. si furiosus in principi. C. de nuptis & Cifuen. hic quæst. 2. & Avend. titulo de las excepciones. num. 41. & Castillo in l. 59. Taur. in gl. Esquivere. ubi hoc verum dicit & late Tiraquel. in l. connub. gl. 8. num. 32. & Suarez tit. de las dendas. limitatione. 9. per totam.

Vigesimo ut neque de bonis extra regnum sitis, secundum Pelacz, de majoram. v. p. quæst. 58. num. 16.

Vigesimo primo, quod contractus sine licentia mariti per eius uxorem factus ipso iure nullus est, ut quod DD. omnes hic, & in hac lege remanet dictum, & tenet Suarez titulo de las

dendas. §. sed pone. fol. 57. in ant. eo quod de forma & essentia substantiali est hæc licentia mariti, cum clausula annullativa contractus in contrarium facti in lege inferatur, & privativa potentie alteri contrahendi, & clausula annullativa existente in lege & dispositione omne expressum in ea censetur esse de forma, prout communem testatur Menchaca de success. creat. §. 7. num. 18. fol. 99. & §. 10. num. 25. inquit, quod nec in minima parte forma vitari debet, & quia lex exprimens vel disponens aliquid de novo cum certa modificatione omne expressum in ea censetur de forma substantiali secundum Telum. in l. 3. Taur. 2. part. n. 16. & qualitas omnis a lege requisita est de tali forma, & Avend. Respon. 14. in fine. & si aliter quam forma servata fiat nullum est: quibus & aliis modis quos diligens lector investigare poterit conclusio nostri text. & ejus dispositio ampliari potest, ego enim substantialiores ampliationes delegi, alias inquirat lector; & ultra dictas colliges aliam singularem ex dicendis in l. 8. gl. 1. tit. 9. infra isto lib. Nunc vero ad limitationes descensum faciamus.

Primo igitur modo limitatur nostra conclusio: ut non procedat in alienatione necessaria, hæc enim sine mariti licentia fiet, ut per Cifuentes, hic q. 5. regulariter enim ubi mulier facit actum ex necessitate non requiritur licentia mariti, ꝑ secundum Burgos de Paz in proœmio legum Taur. num. 305. & 306.

Secundo limitatur, ut habeat locum nostra lex in uxore traducta ad domum, secus vero est in nondum tradita, ꝑ secundum Palatium Rub. relatum & secutum per Cifuentes hic dicta q. 5. quem, & Palatium Rubicum refert & sequitur Addit. Secure l. unum ex familia. §. sed si fuerint num. 42. in fin. de legatis. 2. plurima enim sunt que traductio ad domum ꝑ operatur secundum Palatium Rub. in Rub. §. 57. cum. 4. sequentibus: de qua quidem limitatione dubito, nam & per traductionem ad domum, nisi adsit velatio, non perditur patria potestas, quæ quidem cum non perdatur non est mulier in potestate mariti, & per consequens non privatur potestate contrahendi sine licentia sponsi si nondum est velata, prout in hac lege in gl. Ni la muger. dictum remanet; ideò cogitabis de hac limitatione, tamen cum cum nupta sit per sponsalia de presententi, licentia suimet sponsi requirenda est, prout video fieri & consulo.

Tertio limitatur nostra conclusio, ut non procedat quoad acceptandum mandatum procuratorum extrajudicialium & sic procuracionem extrajudicalem, nam hæc sine licentia mariti uxor esse acceptare poterit per Cifuentem, hic q. 6. remissive quorum remissiones videbis.

Quarto limitatur, nisi talis mulier communiter pro libera à netu matrimonio habeatur à contrahentibus ꝑ secundum Cifuentes, hic q. 8. §. 7. quod verum (salva ejus pace) non credo, saltem quantum ad præjudicandum marito neque obstant leges per ipsum Cifuentes allegatæ & l. 4. tit. 1. p. 5. vers. Otrosi dezimos, ibi Porque creen los hombres quia loquuntur, quoad ipsius contrahentis præjudicium, non verò quoad tertii præjudicium. neque itidem obstat l. Barbarius. ff. de officio prat. quia specialis casus est propter

propter errorem communem, & populi auctoritatem cum creatis prætorum, propter publicam utilitatem, quæ versatur ut per ipsum gesta valerent, ut diximus in l. 8. tit. 9. num. 14. lib. 4. supra & ideo ad alias quæstiones lex illa Barbarius (ut in dicto num. 14. dixi) non est trahenda, ꝑ præsertim ubi non omnia illa requisita militarent quæ tamen in nostra limitatione non militant, & sic non est tenenda dicta limitatio, & post reperi Tiraquellum sic tenentem in gl. 8. ll. connubial. à num. 144. usque ad 162. ubi num. 135. querit quid erit si mulier afferat se liberam à matrimonio.

Quinto limitatur, ut non procedat nostra conclusio, si contractus hic juratus sit ꝑ secundum Tiraquellum gl. 4. ll. connub. num. 28. contra quem teneo cum pluribus per eum ibi allegatis, num. 27. & tenet Antonius Gomez hic n. 8. & Covar. in e. quavis pactum. 2. part. §. 2. num. 14. in medio & in. 4. c. 7. §. 1. num. 3. fol. 90. in antiquis, & concivis noster Gutierrez in Auth. Sacramenta puerum. C. si adversus vend. num. 39. & iterum in suo Traçatu de Juramento Confirmatorio. 1. part. c. 1. num. 34. & Avend. cap. 27. num. 15. lib. 2. & Palatius Rub. hic n. 18. & Tiraquel. l. 14. connub. gl. 2. quæst. fin. & Ferrarius Caus. 16. & hæc dicit veram Simancas de Inst. num. 160. licet add. Bart. in l. 1. c. quod bonis. m. 6. litera. ff. de verb. oblig. dicit quod communiter Can. & Doct. tenent quod juramento confirmetur, sed hoc procedere possit quoad præjudicium mulieris jurantis, non vero quoad præjudicium mariti, quoniam quoad maritum servari non potest juramentum sine interitu salutis æternæ ex dictis per nostrum Gutier. in dict. Auth. Sacramenta puerum, num. 43. & Villalobos. in Arrario litera. 1. num. 206. eo quod in præjudicium mariti nulla est obligatio & contractus, & per consequens omnia vincula in eo posita nulla sunt, & quia ubi nulla nascitur obligatio civilis neque naturalis, omnia in eo contracta apposita nulla sunt, & non obligant.

Sexto limitatur, quoad testandum & legandum in testamento & quoad sepulturam eligendam ꝑ in eo, vel in hoc enim nulla mariti requiritur licentia secundum concivem nostrum Gutierrez in tractatu de Juramento Confirmatorio. 2. p. c. 4. num. 4. & 5. & infra in. 10. limitatione.

Septima limitatio erit ut nostra conclusio non procedat, quotiescunque mulier ipsa deliquit, nam ex delicto bene obligatur & incurrit pœnam propter illud impositam ꝑ puta si ut in facto habui, mulier uxorata recepit famulum cum alio vivente contra dispositionem. l. 1. tit. 20. lib. 6. infra, vel vendidit riticum ultra tassam, nam cum tunc delinquit legi contraveniendo & eius dispositioni, merito quod teneatur, neque considerandum sit quod in delictis quasi contrahitur, & quasi contractus nullus fuit, quia sine licentia mariti factus, nam id quod principaliter agit est attendendum. Agitur tamen principaliter deveniendo contra legis dispositionem excedendo tassam vel recipiendo famulum cum alio vivente, igitur hoc, non verò quasi contractus, est considerandum, mulier enim delinquendo tenetur ex delicto per l. 78. Arveudo in Recopilacionem. Tom. III.

Taur, & ibi DD. item lex nostra prohibens contrahere mulierem sine licentia mariti non excludit obligationem ex delicto descendente, per mulierem nuptam perpetrato, secundum Suarez tit. de las dendas limitatione. 5. fol. 49. & Ant. Gomez, hic num. fin. & Cifuentes, hic q. 10. Nam & prodigus delinquendo obligatur, ut per Anton. Gom. Tomo 3. cap. 1. n. 75. & Suarez, ubi supra. Igitur habemus intentum: & quia licet contractus sit nullus, tenetur tamen illam facies, si per contractum illum legi contraveniatur pœna legis illius \* contravenienti imposita, secundum Fel. in c. ex tenore. §. ceterum, de rescriptis. Bart. & Jaf. in l. ubi pactum. C. de trans. Cal. in Consuet. Burg. Rub. 3. §. 8. vers. Dic. quod de hoc est decisio Bal. item quia quoties factum consideratur, nuditas non obstat, ut dixi in l. 2. tit. 1. supra justo lib. 5. & quia aliàs facilius eludi possent legum dispositiones & tassæ panis, & ita mihi tenendum videretur, licet Avend. Ref. 33. n. fin. aliud velit, nisi eum intelligamus loqui, quoad hoc ut res mariti ex delicto uxoris perdantur, hæc enim non perdetur, non verò loquatur quoad excusandum mulierem hæc à pœna legis, cuius dispositioni contravenit, nam propter delictum potest mulier perdere bona dotalia, secundum legem 78. De Toro. q. 11. tit. 9. infra isto lib. Sed an contractui consentire poterit mulier uxorata sine viri licentia vel pigmora ꝑ dare, vide Tiraquellum gl. 5. legum connub. numer. 108. & 135. cum pluribus sequentibus, & novissime Matienzo, hic gl. 1. numer. 5.

Octavo limitatur nisi maritus sit præsens contractui & taceat, vel sit utilis mulieri & marito, vel solita sit mulier ꝑ negociati sine licentia mariti viro vidente & non contradicente prout in hac lege dictum est in gl. licentia & in l. x. gl. Sin licentia, supra eodem, ad ibi dicta te remitto. n. 20. & 21. ubi an pro iis contractibus possit in iudicio conveniri & notabis quòd in illa tantum negotiatione in qua solita est, procedet, non vero in alia, ut per Callan. in consuet. Burg. Rubric. 4. §. 1. la femme, in text. s' elle n'est, num. 2. fol. 131.

Nonò limitatur nostra conclusio, ut non procedat si maritus dedit licentiam in principio litis; nam tunc non requiritur ꝑ alia licentia ad probationem sententiæ, vel executionem, secundum Cifuentes hic quæst. 15. nam sufficit in initio præstari secundum Speculatorem relatum & secutum per Castillum hic num. 10.

Decimo limitatur ut non procedat quoad testamenti ꝑ ordinationem prout supra in. 6. limitat. succinctè dixi, & tenet Suarez in titulo de las dendas. fol. 44. in antiquis pag. 2. in fine, & Tiraquel. l. 16. connubial. gl. 5. contracter num. 39. & Castillo hic n. 4. & Cifuentes. q. 19. imò non valeret statutum, quòd non possit mulier testari sine licentia viri ꝑ tanquam coarctans libertatem testandi, secundum Villalobos in Aervario com. opi. lit. M. n. 238. Ubi hæc ex Jaso. communem testatur & tradit Callaneus in consuet. Burg. Rubr. 4. §. 1. gl. Ni anfi, n. 1. fol. 150. quam limitationem sublimo, nisi in testamento mulier contraheret & testamentum ipsum fieret per viam contractus ꝑ prout fieri potest, ꝑ secundum gloss. Bart. Paulum, & Angel. in l. heredes palam. §. fin. ff. de testam. & Avend. 29. pratorum vers. secundà con. n. 10. lib. 2. quia tunc